



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

iiij. De irregularitate ex illicito co[n]silio proueniente.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

uis peniteat facti, vt qui postquam iecit sagittam in aliquem, penitet antequam feriat, non excusatur ab irregularitate. Et qui bibit multum vinum eo animo, vt ebrius impunè occidat, sit irregularis occidens, quamuis in eo in teruallo, antequam ebrietate capiatur, doleat, & confiteatur. Satis enim est effectum in causa non impedibili fuisse voluntarium, vt doctè, subtiliterque Henriquez vbi supra argotauit. Et quæ in hoc dubio sunt dicta, procedunt, siue mandataris statim post mandatùm occidat, siue post longam tempus, parum enim, aut nihil refert, quod post paruum, aut longum tempus occidat, aut mulet; quoniam enim id facit, non facta reuocatione mandati, aut nõ manifestata illi, semper mandans est irregularis, secuto effectu, vt præfati auctores communiter tradunt, quia semper factum hoc committi censetur a mandatario causa ipsius mandantis, donec mandatam suum reuocauerit, & illud mandatario notum fecerit.

14 *Quod si quaras*, Quomodo nota esse debeat reuocatio mandatario? *Respondes*, id fieri posse, vel expresse, scilicet, si expressis verbis, vel per epistolam, vel per nuncium monuerit mandatarium, vt cesset a tali facto; vel tacite, nimirum, si mandans reconcilietur ei, cuius homicidium mandauit, vel cum eo reconciliatus sit, & amicitiam, aut affectionem contraxit, & hoc notum sit mandatario. Syluest. verbo Homicidium 1. quæst. 7. versic. Tertium, Tabiena, verbo Irreg. 2. §. primo. Summa Confess. lib. 1. tit. 1. quæst. 6. Alphons. Vival. tract. de irreg. num. 257. vel si mandans re integra, & infecta moriatur, arg. cap. relatum, & capit. gratum, de offic. deleg. Palud. 4. dist. 17. q. 4. art. 3. Concl. 7. Angelica, in verbo Mandatum. & Henric. lib. 1. c. 16. §. 2. & facit. Mandat. C. m. d. Satis enim est tacite reuocasse mandatum suum, dummodo reuocatio constet mandatario, vt diximus, nec tenetur monere eum, qui periclitatur, vt notat Henriquez cit. etfi. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 2. nu. 3. velit teneri ad monendum occidendum, quando verisimiliter credit mandatarium nolle desistere ab homicidio propter reuocationem, quia cum adhuc maneat mentis corruptio ipsius mandatarij, non videtur sufficienter reuocasse mandatum in hoc casu, nisi etiam moneatur occidendum, quæ opinio sine dubio tutior est, illa tamen Henriquez est communis DD. quando autem monet occidendum, nullo modo personam mandatarij nominare debet, vt rectè notat Tabiena, verbo Irregularitas 2. §. decimo tertio.

15 *Hoc autem quod diximus de mandante*, nõ solum procedit, quando mandataris a principio acceptauit mandatum, sed etiam quando repudiavit mandatum, & postea mutata sententia exequitur mandatum, quod prius repudiauerat, semper enim mandator, quousque reuocat mandatum, in priori crimine, quod mandatum perseverare censetur, & ideo secuto effectu, irregularis erit, vt notat Bal. in l. 1. C. de feris fugit. col. 2. ad finem. Innoc. in c. ad audientiam, de homic. Maiol. lib. 3. c. 48. §. 2. nu. 2. & additio. ad Pan. in c. ex literis, de excess. prelat. Alph. Vival. tract. de irreg. num. 254.

16 *Quanto*, Deserens marito adulteriũ vxoris, ob quod maritus vxorẽ occidit, vel in adulterio deprehensã, vel extra, si ad arbitrium viri prudentis talis delatio sit causa propinqua illius mortis, erit irregularis. E contra vero si per leuitatem, & loquacitatem id dixerit, contrarium dicendum est non esse irregularem, ex Maiolo li. 5. c. 48. §. 2. nu. 7. Qui hoc idem docet de eo, qui desert a mantium perfidiam, id est, amatorum dixit, amantiam ei fidem non seruare; vel e contra. Itemq; docere videtur Alphons. Vival. de irreg. num. 261.

De Irregularitate ex illicito consilio proueniente. Cap. III.

S Y M M A R I U M.

1 *Consulens illicitè homicidium, aut membri abscissionem, irregularis est.*

- 2 *Dubium cum sit, an quis ob consilium præstitum, homicidium commiserit, necne, qui consuluerit, sit irregularis.*
- 3 *Consulens alteri, vt occidat, vel mutilet, si is cui consilium datum sit, occidatur, consulens irregularis efficitur.*
- 4 *Irregularis est, si ob eius consilium secutum sit homicidium etiam si consilium reuocauerit.*
- 5 *Consulens homicidium monere tenetur eum, cuius homicidium consuluerit, vt sibi caueat, aliàs secuto effectu irregularis efficitur.*
- 6 *Consulens homicidium, & consilium suum reuocans, quando excusetur ab irregularitate, etiam secuto effectu.*
- 7 *Consilium pium præbentes, ex quo præter intentionem homicidium sequitur, irregularitatem non incurunt.*
- 8 *Consulens alteri, vt se mori pro fide Christi, aut Ecclesie exponat, secuta morte irregularis non est.*
- 9 *Consulens alteri ne hostes fugiat, si exinde alter occidatur, an & quando ab irregularitate excusetur.*
- 10 *Consulens transeuntis fluminis rapacissimum vt descendat, si exinde descendens submergatur, ab irregularitate quando sic consulens excusatur.*
- 11 *Consulens alicui vt patrem suum periclitantem defendat, irregularis non erit, quamuis is cui consilium sit datum interficiatur.*
- 12 *Consulens alicui vt bona sua tueatur, si alter se defendendo occidatur, quando ab irregularitate sic consulendo excusatur.*
- 13 *Consulens alicui omnino parato inferre graue damnum, vt potius minus damnum faciat, secuto damno minus irregularis consulendo non erit.*
- 14 *Consulens non homicidium, sed aliud aliquid vnde verisimiliter homicidium sequi poterat, eo secuto, irregularis efficitur.*

Quantum verò ad irregularitatem ex consilio illicito, & illicito prouenientem, hæc ex communi DD. sententia dicenda sunt.

- 1 *Primo* Quicumque consulit illicitè homicidium, aut membri abscissionem, irregularis est, argum. ca. si quis viduam, dist. 50. & cap. sicut dignum, §. Clericos, de homicid. & c. 2. de Cleric. pug. in duello, quod intelligitur secuto effectu. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quæst. 6. Summa Asten. par. 2. lib. 6. tit. 24. art. 3. quæst. 1. Summa Pisanella, verbo Homicidium, 2. in princip. Syluest. verbo Homicidium 1. quæst. 8. Tabiena, verbo Irregularitas 2. §. Decimo, Nau. in Manca, 27. num. 223. Martin. Ledesin. 2. 4. quæst. 26. art. 2. de irreg. pag. 365. col. 4. S. Anton. 3. par. tit. 29. cap. 18. Alphonsus Vivaldis tract. de irreg. num. 249. Summa Corona, tit. eod. num. 1. Sebastianus Medicus, par. 2. tit. 9. §. 34. §. 1. & communis DD. Quia consilium se habet, vt causa efficiens moralis. Et quia secudum omnes tenetur quis ad penam criminis commissi ex Couar. in Clement. Sinirosus, par. 2. §. 2. num. 1. de homicid. Vnde sit, vt quando
- 2 *cunq; dubium sit, an quis ob consilium præstitum homicidium commiserit, necne hoc casu qui consulens irregularis erit, quia in dubio nemo præsumitur delictum commissurus, merito ff. pro socio. Couar. cit. §. 2. num. 1. versic. Sed si quis* Quamuis vt rectè notat Henriquez lib. 4. cap. 16. §. 3. in tali dubio vir prudens vii poterit coniectura, interrogando eum cui consilium dedit, si enim alter dicit se nec ad substantiam facti, nec ad illius accelerationem motum esse ex consilio, consulens irregularis non erit, Sin autem non esset facturum homicidium, nisi ipse consilium dedisset, tunc certum est consultorem esse irregularem, & secuto effectu, ex Host. & Panor. numero 5. in cap. ex literis, de excess. prelat. Felin. in cap. sicut dignum, num. 12. & DD. communiter, in cap. ad audientiam, de homicid. vbi Socin. num. 70. & Albert. Tror. libro 2. de vero, & perlicito Clerico, cap. 2. §. 2. num. 7. & Couar. in d. §. 2. num. 1. Immo verò, licet alter facturum esset homicidium sine eius consilio,

fito, si tamen ex eius consilio ex iniquo factus, factus sit deterior, aut nouo alio modo homicidium perpetraverit, erit irregularis propter homicidium in de secutum. arg. ca. siue dignum. §. Qui uero, de homicid. Conar. in Clement. de homicid. part. 2. §. 2. num. 1. vers. Et igitur, de homicid. & Henriquez lib. 14. cap. 16. §. 3. & faciunt, quia traduntur ad Innoc. & DD. communiter, in c. Naper, de sentent. excomm. & a Syluest. verbo, excommunicatio, §. num. 12. vers. Tertio, & verbo, excommunicatio, 10. quest. 4. vers. Quartum, dum dicant tale consilium sufficere ad incurrendam iuris Canonici excommunicationem; prestatur autem consilium suadendo, rogando, mandando, instructuendo, uel uilitatem inde securam ostendendo, ex Syluest. d. quest. 4. vers. Quartum, & Henriquez lib. 14. cap. 16. §. 3.

Dubium tamen est, An si ille, cui datum est consilium, occidat, vel mutuet, non occidit alium, sed ipsemet vice uersa occiditur, irregularis sit dans consilium? Ratio difficultatis est, quia consuluit in mortem illius, sed in morte alius. Vnde nullo modo censetur causa mortis istius, nec factio, nec consilio, nec precepto Innoc. in c. Ad audientiam, nu. 4. & 5. de homicid. & Hostiens. dicunt, quod si uerisimiliter ille poterat occidi ab iniusto, tunc est irregularis, quia debebat cogitare hoc posse euenire, secus si cessaret illa presumptio, seu uerisimilitudo, puta, quando ille, cui datum fuit consilium, erat illo longe fortior. **Communior** autem & uerior opinio est, in omni euentu consultorem esse irregularem, si occidat is, uel mutuet, cui datum est consilium, uel alium occideret, uel mutuet, sicut supra diximus de mandante, quando mandarius occiditur, uel mutuetur. Sic Ioan. Andr. in c. fin. de homicid. lib. 6. Panor. in cap. ad audientiam, nu. 6. de homicid. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quest. 7. Summa Astensis, part. 2. lib. 6. tit. 14. art. 3. quest. 2. Summa Pisanelia, verbo, Homicidium, 2. §. 2. in fine. Angelica verbo, Homicidium, 1. nume. 12. Cardin. in cap. ad audientiam, num. 3. de homicid. Ancha. Dominici, de Franc. in cap. fin. de homicid. lib. 6. Felin. in c. 1. de offic. deleg. nu. 23. & in c. sicur dignum, de homicid. Sylu. verbo, Homicidium, 1. quest. 8. vers. Quintum. Tabiena, verbo, Irregularitas 2. §. Duodecimo. Albert. Trotius li. 2. de uerbo & perfectio Clerico, c. 2. 1. nu. 9. Ludouic. Carer. in Prac. Cam. de homicidio, §. circa, num. 140. Martin. Ledesin. 2. 4. q. 26. art. 2. de Irreg. pag. 365. col. 4. Nau. in Man. c. 27. num. 237. Conar. in Clem. si futiosus, par. 2. §. 2. nume. 1. vers. Quid si ex prauo, de homicid. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 2. num. 4. Marian. Socin. in cap. ad audientiam, nume. 80. de homicid. & Henriquez lib. 14. cap. 16. §. 1. & §. 3. quidquid Specul. tit. de dispens. iuxta, num. 43. vers. Quid si aliquis consuluit, contrarium uelit, cuius opinionem Maiol. ubi supra, & merito, periculosam appellat.

Dubium grauius est, An ad euitandam hanc irregularitatem sufficiat consilium semel datum reuocare? Ratio difficultatis est: quia, ut diximus, hoc factus est in mandante, dummodo reuocatio expresse, uel tacite nota sit mandatario. **Respondet** tamen cum communi opinione, non sufficere reuocare prius datum consilium, etiamsi id manifestet ei, cui consilium dedit, sic Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 6. Innoc. in cap. ad audientiam, num. 3. de homicid. Syluest. verbo, Homicidium, 1. q. 7. vers. Tertium. fauet Tabiena, verbo Irregularitas, 2. §. Quarto decimo & expresse Angelica, verbo, Homicidium, 1. num. 14. Martin. Ledesin. 2. 4. q. 26. art. 2. de irreg. pag. 365. col. 4. Nauar. in Man. cap. 27. nume. 233. Maiol. lib. 5. capitul. 48. §. 2. nume. 33. Summa Astensis, part. 2. lib. 6. tit. 14. artic. 3. quest. 1. Alphons. Vuald. tract. de Irreg. nume. 258. Summa Corona, tit. 1. §. 5. quod omnes docent consulentem esse irregularem, etiam post reuocatum consilium, si sequatur homicidium, propter prius consilium datum. Ratio diuersitatis inter mandantem, & consulentem est; quia mandans in mandando vim, & obligationem imponere uidetur mandatario, adeo, ut quicquid agit mandatarus, in gratiam ipsius mandantis agere uideatur, vnde ad hanc obligationem tollendam satis est quod reuocet mandatum prius factum, & illud mandatum non implet, postquam reuocationem si mandatarus postea occidat, non imputabitur mandanti, cum uox in

gratiam eius occiderit; At uero consilium est in fauorem eius, cui datur, vnde consulens quasi ueneno uoluntatem eius infecit, ideoque non satis erit ei, qui consulit homicidium, reuocare consilium, sed conari debet precibus importunis, & contrario consilio, & suadone, ne consilium a se datum mandetur executioni. Quod si hoc illi persuadere nequeat, tunc Maiol. lib. 5. capit. 48. §. 2. nume. 3. Syluest. Angelica, Astensis, Alphonsus Vualdus, & Henriquez ubi supra, bene docent teneri monere eum, cuius homicidium consuluit, ut sibi caueat, alias irregularis erit secuto effectu. Non tamen reuelare debet nome personae cui consilium dedit, sed bono modo seruata eius fama inimicum moneat, ut sibi caueat, quo facto, irregularis non erit, etiamsi postea consequatur effectus. Quod si illi, contra quem datum est consilium, de periculo monere non potest, secuto effectu irregularis erit, ut notat Henriquez ubi supra capitulo 16. §. 5. vnde Clericus, qui mulieri adulterę pregnantı, ut crimen celaret, consulit, ut assumeret certa remedia ad expellendum scem iam uicem, irregularis erit, si ipsa postea pariat abortum, quantumuis ipsemet Clericus penitentia ductus dixerit postea mulieri ne id faceret, significans ei esse graue peccatum. Quia licet satis fuerit dissuasisse uerbo, & animo ad euadendum postea subsequutum peccatum, ad effectum tamen euadendi irregularitatem non sufficit illi dissuasisse malum consilium, nisi impediatur efficaciter ne abortum procuret, ut notant Nauar. in Manual. capitulo 27. numero 233. in fine. Cordub. Casti 173. §. 6. Frat. Ludouic. Lopez parat. Instruct. capitulo 63. & Henriquez libro 14. capitulo 16. §. 2. et si §. 5. eiusdem capitis sibi contrarius, id negare uideatur.

Dubium tamen in hac re potest esse, An consulens, qui reuocauit consilium, & satis probabiliter credidit hoc sufficere, (credidit enim sic reuocato consilio mortem non subsequutam) irregularis sit, si subsequatur homicidium? **Respondetur**, si bona fide putauit sufficere reuocationem non erit irregularis etiamsi sequatur homicidium, argum. capitul. sicut tuis, de simonia, & 1. quest. 4. capitul. quia prelatatus. Sin uero aliqua ratione dubitauit, aut dubitate debuit non sufficere reuocationem, tenetur indicare ei, contra quem consilium datum est, ut sibi caueat, alias secuto homicidio irregularis erit, sic Innocen. quem referunt, ac sequuntur Summa Pisanelia, verbo, Homicidium 2. §. Quid si aliquis consuluit. S. Anton. par. 3. tit. 29. cap. 2. §. 2. Syluest. verbo, Homicidium, 1. quest. 3. versic. Tertium. Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. Decimo quarto. Maiol. lib. 5. capitul. 48. §. 2. nume. 3. & Henriquez lib. 14. capitul. 16. §. 2. Et sicut de mandante dictum est; ita etiam in consulente dicendum est, qui consulit alicui ut aliquem occideret, etiamsi hic non statim, sed longo tempore interposito, memor tamen consilij interficiat, consulens irregularis erit, quia debebat consilium reuocare, & si putabat illud non obtemperatum in reuocatione debebat hoc intimare illi, contra quem consuluit, ut sibi caueret, alias iregularitatem non euadit. ex Innoc. in c. ad audientiam, num. 2. de homicid. quem refert, ac sequitur Panor. in cap. ad audientiam, nume. 7. de homicid. Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. Decimo tertio. Syluest. verbo, Homicidium, 1. q. 8. vers. sextum. Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, vers. sed queritur quando. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 2. nu. 2. & Henriquez lib. 14. c. 16. §. 3. Alphons. Vuald. tract. de Irreg. num. 252.

Secundo, Prebentes consilium pium, ex quo preter intentionem homicidium, uel membrı abscissio sequitur, siquidem actus non sit ordinatus in talem effectum, nec a consiliario intentus irregularitatem non incurunt, ut docet Maiol. lib. 5. c. 48. §. 2. nu. 9. & varia exempla ad hoc propositum afferunt.

Primo, in eo qui dat consilium in rebus fidei, ut scilicet se exponat indubitate morti, pro Christi honore, pro Fide, uel pro Statu Ecclesie, talis enim non sit irregularis, euasi si mors inde sequatur, ex Innocen. in cap. ad audientiam, nume. 9. de homicid. & communi, quia Christus pro nobis mortem subiit, & Sancti Martyres pro Christo, pro Fide, & Ecclesia mortui sunt, Summa Confess. lib. 2. tit. 1.



- q. 9. de unum Astenf. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 3. q. 10. Alberic. verbo. Homicidium, 2. Summa Pisa. verbo. homicidium, 1. num. 14. Syluest. verbo. eod. 1. q. 8. vers. octauum. Tabiena, verbo. Irregularitas, 2. §. Decimo quinto. S. Anton. 3. par. titu. 29. c. 2. §. 2. Maiol. lib. 2. c. 48. §. 2. num. 9. Coua. in Clem. Si furiosus, par. 2. §. 4. num. 6. de homicid. & Henriquez lib. 14. c. 16. §. 4. Summa Corona, tit. de Irreg. nu. 11.
9. *Secundo* exemplificant in eo, qui cum videt Petrum fugientem manus hostium, qui eum conabantur occidere, consulat et ne fugiat, existimans hostes qui illum insequuntur, ob suam presentiam non eum occisurum, puta, quia amici sunt, vel affines ipsius consulentis, vel quia consulens est vir grauis auctoritatis apud hostes Petri; tunc enim si contingat oppositum, quod illi nihilominus Petrum occidant, qui fecit sistere Petrum non erit irregularis: secus autem si consulens nec amicus, nec affinis, nec vilius auctoritatis erat apud hostes Petri, tunc enim mors Petri imputatur consulenti, & erit irregularis. Specul. tit. de dispens. §. iuxta, vers. Quid si aliquis mori. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quaest. 1. Summa Astenf. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 3. q. 5. Summa Pisa. verbo, homicidium, 2. vers. Quid de illo. S. Anton. 3. par. tit. 29. §. 2. in fine. Syluest. verbo, homicidium, 1. quaest. 8. vers. Nonum. Tabiena, verbo. Irregularitas, 2. §. 17. Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 2. numer. 9. Summa Corona, tract. de irreg. numer. 11. & Henriquez lib. 14. ca. 16 §. 4.
10. *Tertio*, si quis transeunti fluuium rapacissimum equo, vel iumento debili, & equus in medio fluminis substitit, vnde sit, vt ipse sit in periculo euidenti submersiois; dicat, descendere, & melius pertransibis; putans verè illum tutius euasurum, etiam si postea descendens vi fluminis fuerit submersus, qui consuluit, vt descenderet, non erit irregularis. sic Specul. tit. de dispensat. §. iuxta, vers. sed pone rusticus super asino. Maiol. lib. 5. c. 48. §. 2. num. 9. & Henriquez lib. 14. c. 16 §. 4.
11. *Quarto*, Qui consulit alicui, vt patrem suum periclitantem defendat, etiam cum periculo vite suae quando ad id praecepto tenetur; Immo, & qui consulit alicui, vt exponat se periculo pro virtute quadam, vt pro amici defensione, quem hostes occidere tentant, irregularis non erit, quamuis, cui consilium dedit, interficiatur, ex Henriquez lib. 14. capi. 16. §. 4. hoc enim licitum esse communis Theologorum schola docet, vt S. Thom. 3. dist. 29. q. 1. art. 5. ad 3. & ibi scholastici DD. & latè Sotus lib. 5. de iust. qu. 1. art. 6. Concl. 3. Et apud Gentiles celebrantur exempla Damonis & Pythiae, Piladis, & Oreitis, quae etiam a nostris laudantur. Ambr. lib. 3. Offic. capit. 1. 2. S. Hieron. in capit. 7. Michae. S. August. de Amicit. cap. 10. & lib. 4. Confess. cap. 6. Lactant. lib. 5. Diuin. Iustit. cap. 18. S. Thom. lib. 1. de regim. Princip. cap. 10. & lib. 4. cap. 22. & Sotus vbi supra, & alij.
12. *Quinto*, si consulens alicui, vt pro iure suo, aut bonis tutandis periculo se exponat, quando sunt res magni momenti, & ad vitam sustentandam necessariae, & ille se exponat periculo, & occumbat, siquidem non cogitabat consulens probabiliter illum moriturum, non erit irregularis, vt latius docuimus cap. 17. dub. 1. lib. 1. preced. & expresse tradunt Summa Astenf. par. 2. lib. 6. tit. 14. art. 3. q. 9. & citat Innoc. & Hostienf. in cap. ad audientiam. de homic. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. quaest. 8. & Summa Pisana, verbo, Homicidium, 2. §. Quid si mandauit. & citat Innoc. & Host. & Maiol. lib. 5. cap. 48. §. 2. num. 9. qui tamen docent fore eum irregularem, si verisimiliter credidit eum ibi moriturum, quod etiam dicunt Syluest. verbo, Homicidium 1. quaest. 8. vers. octauum. Tabiena, verbo, Irregularitas, 2. §. Quintodecimo, & Henriquez lib. 14. cap. 16 §. 4. quia qui sic consuluerat, prauidit secururum talem effectum. sed certè intelligi debent hi auctores, vel quando res pro quibus tuendis se periculo exponit, sunt parui momenti, vel quando aliter tueri eas posset, vel intelligi debent solum velle quod sic consulens sit irregularis, fortè irregularitate ex homicidio iusto proueniente, non enim in casu nostro consulens aliquod peccatum committit.
13. *Sexto*, consulens homini omninò parato inferre graue

malum, vt faciat potius minus malum, ad evitandum, in ius, vt si parato occidere Clericum adulterum in delicto deprehensum, consulat & rogar, vt potius contentus sit facere excedum, aut mutilatum, quam quod eum occidat etiam si eum mutilet, consulens irregularis non erit, nec excommunicatus, quia non peccat in hoc bono consilio, nec consilium eius influit moraliter, vt fiat mutilatio, sed ne fiat homicidium, nec consulit malum, sed proponit tantum materiam minoris mali, vt eum a maiori malo retrahat, quod est licitum, vt pluribus tradunt Ioan. Diedo, lib. 3. de libert. Christiana, in fine. Caietan. tom. 1. Opusc. trac. 31. responsione 13. dub. 3. & 2. quaest. 95. artic. 3. in quinta causa duelli. in fine. & in Summa, in verbo, Tyrannis, vers. Respondetur. Sotus lib. 6. de iustit. quaest. 1. artic. 5. Adrianus Quodl. 1. art. 3. ad octauum, litera P. & Quodl. 3. art. 2. §. His praemissis. litera G. & Quodl. 9. art. 3. princip. litera E. Barth. Medina, in 1. 2. quaest. 15. artic. 1. Natur. in Manual. capitul. 14. numer. 40. vers. Decimo tertio. & ca. 17. numer. 263. Speculum Coniug. par. 1. artic. 15. dub. 5. vbi id probat varijs Sacrae Scripturae exemplis. & Henriquez libro 14. capitul. 16. §. 4. in fine. & cap. Necul. in fine, & ibi gloss. in verbo. Minimis, distinet. 13. & facit capitul. Considera, 22. quaest. 1. & cap. Hi, qui, de paganis. & ibi gloss. expresse, in verbo. potius, 16. quaest. 2. & cap. si quod venius 33. qu. 2. & alibi saepe, de qua re nulla est apud auctores difficultas.

14. *Tertio*, Qui non consulit homicidium, sed aliquid inde sequitur homicidium, si verisimiliter potuit estimare, quod inde sequeretur mors, irregularis est, vt qui facit iactum machinae, vel balistae, vel quod eat ad iniustam, Castris, aut beneficii capiendam possessionem, quod non poterit de facile capi sine morte hominum, & sic mors secuta est. Sin autem non potuit estimari, nec erat verisimile, quod mors sequeretur, tunc quidem licet consulens rem licitam, subsecuta morte, irregularis non sit, consulens tamen rem illicitam, semper irregularis erit, si mors inde subsequatur, argum. cap. continebatur, de homicid. & ca. finali de homicid. lib. 6. Summa Pisana, verbo, Homicidium, 2. §. Quid si non consuluit, citans per hoc Innoc. qui in cap. ad audientiam, numer. 1. de homicid. id expresse docet. Summa Confess. lib. 2. tit. 1. q. 6. & S. Anto. 3. par. tit. 29. c. 2. §. 2. circa medium, & Henriquez lib. 14. c. 16. §. 1. & Pan. in ead. audientiam. de homic. Summa Corona tract. de Irreg. num. 11.

De Irregularitate ex Permissione, Cooperatione, & Rati habitatione, vnde sequitur homicidium illicitè factum. Cap. IV.

S Y M M A R I V M.

- 1 Mutus, & tacens, ex sola taciturnitate simpliciter irregularis non est.
- 2 Non oblians homicidio, quamuis commodè poterat, si priuatus fuerit, secuto homicidio, irregularis non est.
- 3 Omissio, quae contra iustitiam est, secuto homicidio, irregularitatem inducit.
- 4 Index, vel gubernator non oblians homicidio iniuste, secuto effectu, irregularis efficitur.
- 5 Medicus, qui publico, vel priuato stipendio conductus, officium suum non exequitur, secuta morte infirmi irregularis est.
- 6 Medicus medicinas non bonas dans, secuta infirmi morte, irregularis efficitur.
- 7 Medicus tempore pestis, aut grauis necessitatis ad medicandum ex iniustitia compelli potest.
- 8 Impediens malitiose volentem defendere innocentem, secuta morte innocentis, irregularis est.